Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



agamus do mino deo nostro. Vere dignum et iustum est. Invi
sibilem deum patrem omnipotentem filiumque eius unigenitum dominum
nostrum ihesum christum toto cordis ac mentis affectu et vocis ministe
rio personare. Qui pro nobis eterno patri a de debitum solute
et veteris piaculi cautionem pro eruore detersit. Hec sunt enim
festa paschalia in quibus verus ille agnus occiditur eiusque san
guine postes consecrantur. Hec nox est in qua primum patres no
stros filios israhel eduxisti dominue de egypto quos postea rubrum
mare sicco vestigio transire fecisti. Hec igitur nox est que peccato
rum tenebras columne huius illuminacione purgauit. Hec
nox est que hodie per vniuersum mundum in cristo credentes a vitijs
seculi et caligine peccatorum segregatos reddit gratie sociatque sanc